

c. 8. 18. Callasus sum, & idcirco me. Tamen, cum hoc fiat cum Joanne, non per leuem tactum, ut cum Daniele; nec per vocem, aut impetum, ut cum Jeremia 1. 17. & Ezechiele 2. 1. sed per manum Dei dexteram: singularis gratia, & benevolentia in Joannem denotatur, ut dicere possit. Pl. 117. 16. dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me, & Sap. 5. 17. dextera sua teget nos. Et Cant. 2. 6. Lava ejus. Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Qui hæc dicit, accepit Joannes ille, qui discumbebat super pectus Domini; & de pectore Domini bibebat, quod propinat nobis. S. Aug. tr. in Evang. Joan.

Dignum est, ut, qui à Christo præ cunctis mortalibus specialiter est dilectus, à Christi dilectoribus permaximè diligatur. Petr. Dam. l. 2. de eod.

Jacobus frater Christi ex cognatione, iste ex præcipua dilectione: ille per lineam maternæ consanguinitatis, iste per vinculum paternæ charitatis. Id. ib.

Sed nunc dilecta obtinebo tibi, ut conspicias me in ea forma, qua jam deliciis divinitatis fruor in cælis. Et cum hoc illa desideraret adipisci, statim vidit immensum pelagus divinitatis intrans in pectore Jesu, & in eo. B. Joannem in specie tenellæ apiculæ, tamquam pisciculum, ineffabili delectatione, ac libertate, natantem. Verba S. Joannis Evangel. lib. 3. In fin. div. S. Gertr.

S. IV.

S. Joannes respiciens B. Virginem.

Mortis proximus Jacob Josepho filio suo partem sibi in terris pretiosissimam tradidit. Genes. 28. Morti proximus JESUS Joanni testamento reliquit partem pretiosissimam, quam habebat in terris. Ecce mater tua. Jo. 19. 27. Commisit Dominus Petro claves Ecclesiæ. Matth. 16. 19. voluit & B. Joanni custodiam Mariæ delegare. Utraque nimirum mater, Mater Mariæ, Mater Ecclesiæ. Sed Mariæ mater Christi, Ecclesiæ mater populi Christiani. Beatum Joannem Dominus quodammodo Cæli, clavicularium esse constituit, cum B. Genitricis suæ eum decrevit esse custodem. Petrus Dam. ser. 1. de eod.

Fecit rex Salomon thronum. 3. Reg. 10. 18. 19. Mariæ typum fuisse thronum illum Salomonis, communis Ecclesiæ consensus est. Qui autem sunt duo leones, qui utrinque throno adhaerebant? Petrus Dam. serm. 1. de Nat. V. duo leones sunt, Gabriel Archangelus, & Joannes Evangelist. quorum alter dextera Virginis, alter sinistræ custos, deputatus est. Gabriel enim mentem, Joannes carnem, pervigili sollicitudine servaverunt. Qui bene leones dicuntur, propter rugitum altissima vocis: duo enim verba nuntiarunt orbi terræ, qualia nec dicta sunt, nec dicentur. Ramirez in Prolegom. §. 8. Idem B. Petrus Dam. ser. 1. de S. Joanne, virginitatem ejus solus B. Virginis virginitati postponit. Unde ait: quocirca dignum fuit, ut B. Joannes Apost. Arch-Angelo Gabrieli ad custodiam Matris Domini focus haberetur.

Mater, & ecce filius tuus. Joan. 19. 26. Quomodo honorat Discipulum; fratrem suum illum faciens! Usque adeo bonum est, manere apud patientem Christum! nam in fraternitatem ejus ducit. Theophylactus hic. Pendebat in cruce moriturus, disposuit testamentum. Aderat ibi dilectus, quid sibi legaturus expectans. Quid tibi, dilecte, legabo? quid in ultimis dabo tibi? Ecce mater tua: hæc omnium, quæ possideo, charissima, & pretiosissima, gemma: hanc tibi trado. S. Thom. Vill. Conc. 1. de eodem. Concredit Discipulo prefecturam Matris jam papæ! quomodo honorat Discipulum, fratrem suum illum faciens! Theophylactus hic.

Accipit eam Discipulus in sua. Jo. 19. 27. In qua sua Joannes matrem Domini accepit? neque enim non ex eis erat, qui dixerant, ecce nos dimissimus omnia. Habebat ergo ille Discipulus centupliciter plura, quam dimiserat, in qua susciperet ejus matrem, qui illa donaverat. V. Beda hic. Non committi homo thesaurum suum, & maxime illum, quem habet charissimum; nisi ei, quem verum æstimat esse amicum. At Christus, qui corda cognoscebat; nec in amicitia errare volebat; Joanni, quia præcipuum habuit, matrem, quæ eum portavit, commisit. Ergo amicitissimum sibi esse cognovit. S. Bonaventura ser. 18. de eodem. Nunc materno movebis affectu, & thalamum Humanitatis tuæ Cubiculario dilecto commendas; & providens sedulo benedictæ inter mulieres Apostolicam clientelam. S. Cyprianus de Pass. Christi. Postus est fidelis æditus ad tanti thesauri custodiam. Fidelis cubicularius Matris Domini. Intueor ergo, quadrigam, qua currendum est ad Patrem, sic debere distinguere; ut per te (ò Joannes) ad Matrem, per Matrem ad Filium, per Filium vero pertingere possit precientis affectus ad Patrem. Arnoldus Carnot. tr. de V. D.

S. V.

S. Joannis Sanctitas, Virtutes.

Dilectus meus candidus, & rubicundus. Cant. 5. 10. hoc de Joanne Christus dicere potuit: candidus per virginitatem, rubicundus per charitatem. Sanct. Bonaventura serm. 18. de eod.

Et Joannes frater ejus. Matth. 10. 3. Joannes idem, quod gratiosus, & misericors; vel in quo est gratia; vel Domini gratia, ait S. Isidorus l. 7. Etymol. c. 9.

Audierunt eum duo Discipuli. Jo. 1. 27. Unus ex his duobus Discipulis erat Andreas, ut patet infra vers. 40. quis alter? fuisse Joannem Baptist. probabile putant Epiphanius, Chrysostomus, Cyrillus, Euthymius, Theophylactus, Hugo & c. quia Joannes solet in suo Evangelio, dum de seipso agit, humilitatis causâ nomen suum recitare. Sylveira hic.

Unus ex vobis tradet me. Joann. 13. 21. Et subiunxit: erat recumbens unus - in sinu Jesu. v. 23. Ambrosius Catharinus: forte extasim quendam passus est; & quasi extasi interceptus, cecidit super pectus Domini.

Puritatem puerilis ætatis usque ad senium custodivit illam, innocentique nitorem servavit in mente. S. Laur. Just. de eod.

Ille recubans in pectore Salvatoris, ille divinus ardor; quem ex arcana ejus inspiratione concepit, ita in ejus viscibus omnium libidinum fomenta decoxit; ut corpus ejus, tamquam revera Spiritus Sancti templum, à cunctis venaret æstantis luxuriam squaloribus defecatum. Petr. Dam. serm. 1. de eodem.

S. VI.

S. Joannes Martyr.

Possis bibere calicem? Matth. 20. 22. Et iste calicem bibit: non solum, quia in ferventis olei dosium missus, & propter insuperabilem evangelizandi constantiam in Patmos insulam deputatus est; verum etiam quia (quod maxime prædicandum) ubi B. V. & Genitricis animam gladius pertransivit, ibi & animam vulnerata est hujus Dilecti. Sanctus Rupertus de Operibus Spirit. Sancti. c. 12.

Dabatur mihi intelligere, quod Sanct. Joannes tantum dolorem sustinuerat de Passione, & morte Christi; & de dolore Matris; quod existimo, eum fuisse plurimum Martyrem, dicebat B. Angela de Fulgino. In vita scripta ab Arnaldo Ord. Franc.

TITULUS XXI.

S. JOSEPH

Nutritius Christi.

S. I.

Figura.

Videtur in semine salam. Gen. 28. 12. Natus Christus pupillus in hoc sæculo, id est, absque carnali patre; illo B. viro (Joseph) pro patre in omnibus usus est, & in illa generationis scala, quæ per Mattheum textur, eidem Sanct. Joseph omnis humanæ opus indiga Humanitatis ejus natura, tamquam gradui supremo innixa est. Sanct. Rupertus in Joan. l. 2. Scala illa Jacob est generatio Jesu Christi, & latera scalæ summi Patres, vel principes, sunt hujus generationis, atque David; ad quos promissio facta est, cum juramento ejus, qui re-promisit. Supremus scalæ gradus, cui Dominus innixus est, iste est B. Joseph vir Mariæ; de qua Jesus, qui vocatus Christus, natus est. Quomodo iste Deus, & Dominus, huic innixus est? utique tamquam tutori pupillus; quippe qui in hoc Mundo sine patre natus est. Ita innixus est huic B. Joseph, ut esset infans ille pater optimus. Idem de gloria & hon. Filii hom. in Matth. l. 1. Idem similiter ait in Gen. l. 7. c. 22.

Sanctus Bernardus hom. 2. sup. Miss. comparat illum Joseph Patriarchæ.

S. II.

S. Joseph dignitas, felicitas, delicia.

Do tibi partem unam extra fratres tuos. Gen. 48. 22. do tibi partem æximiam. Considera, æternum Patrem sic alloquentem Sponsum Mariæ: en, signo specialissimo amorem meum in te ostendo. Do tibi partem æximiam. Do tibi partem unam; quam tibi de manu Amorrhæi in gladio, & a meo, in fortitudine mea; quam potentia brachii mei, à diaboli insidiis preveni; hanc accipe in sponfam. Alvarez Ilustr. 322.

Gratia super gratiam, mulier sapientia, & pudorata. Eccl. 26. 19. Gra-

Gratia, id est, res gratissima, summum bonum, beneficium, & felicitas. Quam felix ergo fuit S. Joseph, cui à Deo obtigit sponfa sanctissima; in d. Virginis, & Sanctorum omnium, regina B. V. Maria gratia plena. Cornelius hic.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ. Matth. 1. 16. qui jure, verere, vocatur Pater Christi: quia Christus fuit fructus conjugii Joseph, & Mariæ. Natus enim in utriusque conjugio, jure utriusque adscribendus est: quia Joseph per conjugium corporis B. Virginis quasi dominus effectus est: ergo & fructus corporis B. Virginis, putâ Christus, ad Josephum pertinuit. Licet supernaturaliter natus sit Christus, non virtute Josephi, sed Spiritus Sancti, fecundantis Virginem. Nam seges, nata in agro meo sterili supernaturaliter, mea est. 2. Quia vir, & uxor per conjugium fiunt unum, & quasi una persona civilis: quare omnia habent communia, etiam proles legitime natas. Corn. hic.

Cum esset desponsata Maria. Matth. 1. 18. Providetur sponsus, providetur maritalis species; ut celet miraculum, ut teget signum, ut vellet Virginis partum, ut crimini non det locum, ut furentis insidias sic eludat. S. Chrysol. f. 146.

Ex Patribus, & aliis.

Sicuti qui solum electione; & non jure sanguinis, ad regiam dignitatem ascendit; non minus à cunctis rex vocatur, nec minor ei obedientia, & honor, deferunt; quam si ex paterna hereditate regnum obtinisset: ita etiam, licet Joseph natura pater Christi non fuerit; tamen, quia ex Christi electione in Patrem assumptus est, merito Patris adoptivi nomen sibi vindicare potest. S. Jo. Dam. Or. 13.

Cui datum est, quod multo reges, & Prophetæ, cum vellent videre, non viderunt; audire, & non solum videre, & audire; sed etiam portare, deducere, amplecti, deosculari, nutrire, & custodire. S. Bernardus hom. 2. sup. Miss.

Picendum est, non tamen asserendum, quod piissimus Filius Dei Jesu pari privilegio decoravit suum patrem putativum, sicut suam sanctissimam Matrem: ut sicut illam assumpsit in coelum in corpore, & animam gloriosam; sic etiam in die Resurrectionis suæ Sanctissimum Joseph. S. Bernardus Sen. f. de S. Joseph.

Si Elisabeth exclamavit propheticè ad unicam Mariæ salutationem; si exultavit præ gaudio Joannes infans in utero ejus; quid ex continua cohabitatione, & allocutione cum Mariæ & puero Jesu, justus Joseph accepit divinæ consolationis, & illuminationis; quid dexteram illam bajulantem in ulnis speciosam forma præ filiis hominum, quando blandiebatur ardentem, quando condolebat videnti, quando frequenter sponsum suo Joseph bajulantem, fovendum, osculandumque, tradebat, vidisse? Genon. f. de Nat. B. V.

Franciscus Suarez 3. p. q. 29. disp. 8. sect. 2. probabiliter opinatur, Josephum in gratia, & gloria, antecellere Apostolos & Joannem Bapt. quia ejus officium illorum officio præcellerat: plus enim est, esse Patrem, & Rectorem Christi; quam Præconem, & Præcursores ejusdem. Cornelius in Matth. 1.

S. III.

S. Joseph Sanctitas, virtutes.

Cum esset iustus. Matth. 1. 19. Sanct. Hieron vocat iustum attentio propter omnium virtutum perfectam possessionem. Iusti appellatio omnium virtutum complectitur. S. Chrysol. hom. 23. in Gen. Fidelis servus, & prudens, & c. quem constituit dominus suæ Matris solacium, suæ carnis nutritium; solum denique in terris magni consilii coadjutorem fidelissimum. S. Bernardus hom. sup. Miss. Iustus ex Lege, justus ex bona voluntate, justus ex bona operatione. Et si nihil aliud ad testimonium suæ justitiæ; quod virgo, quod Virginis Matris sponsus, quod Christi nutritius est electus, additamentum facit. Simon Cassi. l. 2. c. 16.

S. Joseph, qui vntopere in vita sua Deum, & Deique Filium amat, alia morte nequibat mori, quam amoris. S. Franc. Salec. tr. de am. l. 7. c. 13.

Valuit oculis dimittere eam. Ib. Humilians se ante tantam, & ineffabilem rem, quærebat se longè facere. Sicut Petrus, est à me Dominus: sicut Centurio, non sum dignus. Sicut Elisabeth, unde hoc mihi? Sic & Joseph iuste humilians se, in omnibus cavebat, & timebat subire, tantæ sanctitatis conjunctionem adhibere. Origenes hom. 1. in diversis. Id. ait S. Bernardus hom. 2. sup. Miss.

Virum Mariæ. Matth. 1. 16. Valde notandum; quod, cum Evangelista tot virorum conjugium meminisset, nullum tamen uxoris suæ virum appellaverit. Non dixit Abraham virum Saræ & c. Solum autem Joseph, qui nunquam ad factissimam suam Sponfam accessit, & cum ea virgo permansit ad mortem. Hoc ut intelligas nota. 4. Reg. 4. 7. 9. 16. 21. 22. 25. 27. Eliazum saepe virum Dei vocari, & etiam saepe servum Dei: quo significatur, obsequio, & amoris Dei fuisse addictissimum. Ita dum Joseph vir Mariæ dicitur, intelligitur, cum magis dicatur, ac conservatum fuisse reverentiæ, purissimo-

que amoris, Sanctissimæ Virginis sponse suæ, quam alii Patriarchæ uxores suas dilexerunt. Diez conc. 1. in Nat. B. V.

TITULUS XXII.

I R A.

S. I.

Symbola, & Similitudines.

Ex Veteri, & Novo.

Offerente coram Domino quem alienum. Levit. 10. 1. Erat in atrio tabernaculi, puta in altari holocaustorum, ignis sacer & celo lapsus; quem Deus iussit foveri; ut eo solo uterentur ad sacrificia, & thymiamata. Erat in eodem atrio ignis profanus, & communis; quo utebantur ad coquendas carnes hostiæ pacificæ pro peccato; quibus vescebantur atrio partim Sacerdotes, partim Laici offerentes, hoc est Nadab & Abiu, Ignis alienus, est quavis cupiditas, quæ ipsi sacro, id est, charitatis est contraria. Charitas enim est ignis è celo missus, & animæ à Deo inditus; ignis verò alienus, est ira & c. Corn. hic.

Ignis habens cornu. Nahum 2. 3. Ira est: equi, rixa, contumelia. Hugo Card. in Pl. 67.

Festiva in oculo. Matth. 7. 3. Ira est: trabs in oculo odium est. S. Aug. l. 16. de V. D.

Saceris tenebatur magnis febribus. Luc. 4. 38. febris nostra iracundia est. S. Ambr. hic.

Quem veni mittere in terram. Luc. 12. 49. Sicut Salvator in terram tulit ignem amoris ad accendenda corda hominum; sic demon fecit ignem iræ ad destruendam pacem. Stella de cont. Mundi p. 2. c. 51.

Ex Patribus, & aliis.

Ira vehemens ignis est, omnia consumit. S. Chrysol. hom. 25. in Joan.

Homo iracundus, est sicut homo habens domum ligneam, qui manè est dives, & in vespere nihil habet: quia ignis iræ combussit sibi domum, id est, conscientiam. Est similis calculo emittenti ignem; nam sicut calculus percussus emittit scintillam; sic iracundus tactus verbo ostendit impatientiam suam. Similis vasi vacuo iuxta ignem: videmus enim, quod, si vas vacuum, & tertrem, ponatur ad ignem, frangitur; si autem sit plenum aqua in nullo leditur. Sicut homo, qui est de sua conditione terreus; si ponatur ad ignem adversitatis, vel tribulationis; statim frangitur per impatientiam, si sit gratia vacuum. Si autem sit gratia plenus, non leditur. Eccl. 27. 6. vasa signi probat. S. Bonav. diat. tal. c. 5. de ira.

Dicitur ira ab ira, quod est ignis, quasi ira: quia unit atque inflammatur. S. Bernardus f. de exercitio spir. malignot. Iracundia inebriat animam; furor verò eam plurimum ebriam facit. Origenes hom. 7. in Levit.

Lenitatem, & mansuetudinem sectare; nè abque vino ebrius fias, malitia, & iracundia gravatus. Sanct. Ephrem de vita spir. cap. 45.

Si ex animo superbiæ exemeris, occasionem innascenti vitium iracundiæ non habebit. S. Greg. Nyss. or. 2. de beatitudin. Ira est fervor sanguinis, qui circa cor est. Ira est mentis apparitor. Idem de homine l. 4. c. 13.

Venobis à dracone! immanis est bestia, statu igneo, quidquid attingit, necat; non modo bestias terræ; sed volucres cæli. Haud aliud ego draconem hunc, quem Spiritum iracundiæ reor. S. Bernardus l. 13. in Pl. qui habitat.

In Cyrenica Provincia fons, quem solis vocant, & rupes quadam visitur. Hæc, cum manibus tangitur, ille inmodico affurgit, arenæque quasi mare agens, sic fervit, ut æque fluctibus. Nieremb. de mir. naturis Europæ lib. 2. c. 27.

In Dalmatia spectum dejecto levi pondere, quamvis tranquillo die, inde turbini similis emicat procella. Plinius l. 3. c. 47. In Helvetia, prope Lucernam, mons est præaltus, in summo vertice lacus: in quem de industria injecta maximas tempestates cient; quæ verò casu incident, nihil fruantur eum. Nieremberg. l. 2. c. 28.

Olla fervens eructa feces: iracundus diras blasphemias, de Rampolegis. Ira. Sclopetum adductum. Lem. Si tangar, exardefacam. Picinelli.

S. II.

Iram vincendi motiva.

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

Sonantem, & turbata suæ aqua. Pl. 45. 4. Deus, qui pacis amator est, cor conturbatum inhabitare non potest. Hugo à S. Victore hic.

Et comedit omnia sanium in terra eorum, & comedit omnem fructum terra eorum. Pl. 104. 35. Hoc in Egypto fecit bruchus: par-



parvum animal, & ab olere vastitatem inchoat. Sed cave: nam qui comedit fœnum, hoc fœnatus comedit omnem fructum campi sui. Iracundia, quæ in te ebullit, bruchus est. Initio contenta est fœno. Satis est illi, ut hosti non blandiaris, ut cum non invasit, ut singulari ei beneficia non præstes. Peristi Bruchus tuus, qui fœnum comedit, comedit fructus: cogere de eo male loqui, de quo nunc tantum non bene loqueris: cogere si forsiter insequi, quem tantum non singulariter amas &c. Oliva t. 2. Strom. hic.

Ollam succentam ego video, virgam vigilantem. Jer. 1. 13. 13. Succente olla simile cor irati: dum calescit incipit, virgam Dei attende vigilantem, terribile Dei Iudicium, & gehennæ supplicium æternum. Barradius t. 2. l. 7. c. 18.

Qui irascitur, reus erit iudicio. Matth. 5. 22. Iras tuam extinguens, si iram Dei perpendas. Barradius ib.

Sol non occidat super iracundiam vestram. Eph. 4. 26. Quid ægemus nos in die iudicii, super quorum iram non unius diei, sed tantorum annorum, sol testis occubuit. S. Hier. ep. 36.

Ira tua sunt genes, & tollit iram tuam. Apoc. 11. 18. Ira tua advocat iram Dei: tolle tuam, & Deus suam: dimitte, & dimittemini. Sylveira hic.

Ira mortaliu debet esse mortalis: nam, si manet, confirmatur inimicitia ad perniciem sempiternam. Lactantius l. 7. in lit. div. de divino premo.

Ne occidat sol super iracundiam tuam; id est, deserat Christus mentem tuam: quia non vult habitare Christum cum iracundia tua. S. Aug. in Pl. 24.

Sicut acetum corrumpit vas, si diutius ibi fuerit: sic ira corrumpit cor, si in alium diem duraverit. Id. ep. 87.

Nullus leo, nulla fies vipera, viscera queunt humana lanariæ: ut hominis iracundia, ferreis quibusdam unguibus univèrsa confodias: neque enim soli corpori nocet, sed ipsius etiam corripit animam sanitate. S. Chryso. hom. 4. in Matth.

Non habitat Spiritus S. ubi furor. Nihil sani potest ingredi, ubi egreditur furor. Idem hom. 17. in Acta.

Satius est anguem, vel viperam, in corde tuo latere: quam iram, & rancorem. Idem hom. 3. ad pop. Antioch.

Opta, potius invadi gladio, quam iracundia corripit, Ephrem de persecutione Monachi.

Iracundi non sunt dicendi homines, ratione furoris; sed potius fera subibunda: eò quòd, ad modum ferarum, sint sine misericordia fugientes sanguinem aliorum. S. Bonav. l. 1. D. 5. Pent.

Mens Spiritus Sancti templum efficit omnino non potest, iracundia in nobis spiritui commorante. Simon Cass. de cenob. in lit. l. 8. c. 21.

Iracundus magis affligitur tacens; & injuriantis absentium passus flagello durique se verberat, dum cogitat, quid debuit mali dicere, & non dixit; dolens, si malum facere potuit, & non fecit. Idem l. 8. c. 47.

S. III.

Ira est contraria rationi, iudicio stulta.

Synbola.

Nomen usi Philon. Gen. 2. 11. Philo lib. de Allegor. hunc primum flavium prudentiæ accommodat, cui iram oppositam dicit. Philon enim dicitur a parcendo. Hinc autem: venit omnia terram Hevialah, id est, placidam, ubi nascitur aurum; id est, charitas; & lapides pretiosi, id est, virtutes. Pinna Eth. 121.

Inebriamini, & non a vino. If. 29. 9. Nihil quippe aliud est ebrietas, quam animi de nativa sanitate deturbatio, mentis penuria, vacuitas intellectus. Ita vero non ebrietas tantum ex vino; verum etiam ebrietas ex ira, & cupiditate à ratione aliena. S. Chryso. t. 6. orat. contra ebriet.

Ira comparatur olla ferventi: quia sicut olla bulliendo emittit aquam; sic iracundus, bulliendo per iram, emittit stultitiam, & verba inordinata. Prov. 15. 2. ut futurum ebullit stultitiam. S. Vinc. Egr. l. 7. c. 4. super orat. Dom.

Ira Canicula assimilatur; quæ in effectu suo est ardentissima. Ira juxta Philosophum, est accensio sanguinis circa cor: unde qui ad iram alios concitant, dicunt esse incendiarii diaboli. In Canicula ortu fit magna turbatio in aere: ita ira perturbat rationem, affectum &c. Diebus Canicularibus sanguinem nimere, vel medicinam accipere, est periculosum. Sic in fervore iræ non est exhibenda correctio disciplina. Geminiiani c. 41.

Impatiens usque ad infantiam, sepe etiam usque ad reftem, adigitur, ait Stobæus S. de ira. Quia animus perturbatus flagitio similis est ventis agitato; cuius aquæ, & fluctibus exasperat; magnas aut non reddunt, ad concessas referunt; ut vel forte similia in his monstra esse videantur. Stengelius div. judic. tom. 1. §. 5.

Omnium perturbationum, semina videntur in iram confluisse. Plutarchus dialogo de ira cobibenda.

Vocavitque omnes principes. Judith 5. 2. Collegit Holofernes scnatum, cum sentit se ira commotum; scilicet ut iram consilio præmeret. Velloso hic.

Per iram sapientia perditur. Job 5. 2. Ita legit S. Gregorius ut, quid, quove ordine, agendum sit, omnino nesciatur; sicut scriptum est Eccl. 7. 10. ira in sinu stulti requiescit. S. Greg. Mor. l. 5. c. 30.

Ne sis velox ad irascendum, quantam iram in sinu stulti requiescit. Eccl. 7. 10. Et Job 5. 2. virum stultum interfecit iracundia. Et Prov. 14. 17. impatiens operabitur stultitiam. Stultus habet iram familiarem, & ad manum; ut illico eam exerat: tam facile irascitur, quam facile quæ manu è sinu extrahit. Cum è contrario sapiens iram habet in corde, & in cerebro; ut non nisi prævia ratione eam lentè educat. Corn. hic.

Si prævenit, & occupaverit mentem tuam iracundia, & ascenderit in te, non relinques locum tuum. Eccl. 10. 4. Ita legit S. Ambr. Locius tuus patientia est; locus tuus sapientia est; locus tuus ratio est. S. Ambr. Offic. l. 1. c. 21.

Sol non occidat super iracundiam vestram. Eph. 4. 26. Sancti Thomas Aquin. Lect. 8. id est, non obtenebretur dictamen rationis.

Ex Patribus, & aliis.

Iracundum, si fieri potest numquam: nam hæc est quedam species infantie. Quodsi quando ira incumbit utendum est hac ad sanandum proximum. S. Justinus ep. ad Zenam, & Serenon fratres.

Commotionis tempore justum omne putat ira, quod fecerit. S. Gregorius M. l. 8. ep. 12.

Nullum sanum consilium, nulla matura potest esse deliberatio, ubi ira passio dominatur: periclitatur ratio, inebriatur cor, incompolita verba proflant. Sancti Laurent. Just. de casto conub. 11.

Duo isti affectus, nempe ira, & indignatio, nepotes utique sunt matris unius; ejus, quæ stulticia vocatur, sive imprudentia. S. Antiochus hom. 24.

Iracitur homo, cum inordinatè movetur in seipso interius; sed fratri suo, cum ille malus motus verbo vel factò ad nocendum proximo movetur exterius. S. Bonavent. l. 1. D. 5. Pent.

Ira quedam infantia est. S. Bernardinus f. in die Pent. Ira, brevis infantia à Sapientibus dicitur: nam, ut fuerunt certa indicia sunt; audax, & minax; vultus; tristis frontis; torva facies; citatus gradus; inquietæ manus: ita iracundiam eadem sunt signa. Flagrant, & emicant oculi; nullus toto ore rubor; exaltante ab imis præcordiis sanguine. Labia quantantur, dentes comprimuntur, horrent, & subriguntur capilli; Spiritus coactus, ac stridens gemitus; complexæ sapius manus; pulsata humus pedibus; & totum coniectum corpus; magnaque minas agens, fœda vultu, & horrenda facies. Nullum est animal tam horrendum, periculosumque, natura; ut non appareat in illo, ubi ira irascit, novæ feritatis accessio. Seneca de ira c. 1.

S. IV.

Iram ratione rege.

Portabique Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicio super peccata sua. Ex. 28. 29. Ea nota significans: iracundia motus rationis iudicio esse cobibendus. Rationale enim est iudicium regula; qua ratio rejicit iracundia vitium, ut imperfectum. S. Nilus l. Ascet.

Uque huc venies. Job 38. 11. Mare amarissimum turbulenta ira. Termini sunt constituendi, quos minime transgrediar; termini sicut rationis. Uque huc veniat, non procedat amplius. Barradius t. 2. l. 7. c. 18. Motum animi fervidum, propter humanam fragilitatem, habere in potestate non possumus; suffragante tamen Dei gratia, ratione disciplinabili continemus. Cassiodorus in Pl. 4. Marc. Lem. Nec fuit præterit. irascimini, & nolite peccare. Pl. 4. 5. Picinelli.

Irascimini, & nolite peccare. Pl. 4. 5. Potest significare: quoniam acris affectus iracundia est, ac quæ animam mirè furripere queat. Sape enim rationi præcurrit, ac ferè inconsultè nascitur. Ideo ratione, seu insequenti consideratione, hanc sedate; non in ultionem prorumpentes, sed in lenitatem, ac clementiam, desuantes. S. Isidorus Pelus. l. 2. ep. 239.

Utendum est ira, ut milite, non ut Duce. Sen. l. 4. c. 4. de ira. Totus sic explicat: utendum è, quando manet consilium, & deliberatio, quæ pertinet ad Duce, nunquam debet inesse ira; postquam autem deliberatum est, ira conveniens est; sicut miles ad executionem belli. Didacus Nyss. in Phœn. Græc. l. 3. c. 14.

S. V.

S. V.

Iram vincendum exempla.

Surrexit autem & David post eum; & egressus est. 1. Reg. 24. 9. tanta cum gloria, cum quanta tres pueri Dan. 3. 93. egressi sunt de camino ardenti. Nam quemadmodum illos non exussit ignis; ita hic non confagravit iræ incendio. S. Chryso. hom. 2. de David, & Saul. Quemadmodum Daniel ascendit lacu, superatis feris leonibus; itidem David è specu prodit, aliis bestis longè severioribus superatis: nam sicut iusto illi leones hinc, atque hinc affidebant; ita hunc omnibus leonibus effertiores, ac validiores animi motus invaserunt. Id. ib. S. Eduardum Angliæ regem nullus vidit irarescere, Bolland. 5. Jan.

S. Ignatius M. nunquam visus iratus. Id. 1. Febr. Cum multis diebus, ut solebat, jejunasset; minister, obsonium deferens, ollam fregit. Quem cum videret pudore, & metu, affectum; bono iussit esse animo: eamus nos, inquit, ad obsonium, quoniam illud ad nos non venit; quare circa olla fragmenta conavit. Id.

Senex Joannes ad senem Pesium veniens, & querens; quid per quadraginta annos, quibus ab eo separatus fuerat, egisset; nunquam me, ait, vidit sol resistentem. & ille: nec me, inquit, iratum. Joannes Cass. de cenob. institut. c. 27.

S. VI.

Iram frærandi alia motiva.

Omnis qui irascitur. Matth. 5. 22. Ecce abundantia iustitiæ ad iustitiam; ut Scribæ, & Pharisei, si non occidant, servare iustitiam gloriantur? Christi vero Fidelibus, non solum inhiheteur occisionis actus; sed prohibetur ad iram animi motus. Facilius quidem est, non occidere, prohibendo manum; quam non irasci, cobibendo animi motum. Simon Cass. l. 10. c. 17.

Nolumus ab hominibus vincit; & iram non possumus vincere. Quæ turpitudine quid execrabilis dici potest? S. August. l. de vera relig. c. 44.

Omnem amaritudinem fellis evome; & quoquo pacto valetis; charitatis dulcedinem sume: nihil enim frivolius, nihil illa beatius est. S. Isidorus l. de constit. u. virtut. & virtut. Dilectio responderet.

Homo, mansuetum animal, & rationale, atque benignum; contraria sive nature facit, & negligentia mores suos in ferinos vertit. S. Chryso. hom. 12. in Gen.

Nihil infuavius homine iracundo, nihil molestius &c. Melius est, cohabitare bestia, quam homini tali: nam illa quidem, si felici ciceretur, servat suam legem; illum autem quoties placet, iterum exasperatur. Idem hom. 6. in Acta. Quod si iratus seipsum inveniri posset, nulla austerius indigeret admonitione: nihil enim irato turpius. Idem hom. 25. in Joan.

Neque demon ita eum metuit, qui eum expellit, & ejicit ex alio homine; ut hominem, qui itam vincit, & animo imperat: nam hoc ipsum est quoque servus demonis: & ita potius, quam qui à demone vexatur, miser dicendi sunt. A demone enim vexari non immitit in gehennam; irasci autem, & acceptæ injuriæ meminisse, expellit ab ipso regno colorum. Id. in Pl. 4.

Non irasci, absolutio est, & supplementum; per quod præceptum, non occides, custodiri queat. Qui enim in iracundiam non effertur, quanto longius ab homicidio abstinebit: radix quippe homicidii iracundia est. Qui igitur radicem abscondit, multo facilius ramos ejus poterit amputare; imò ne germinare eos permittit. Idem hom. 19. in Matth.

Mirabile sane! imò & miserabile: nobilem illum creaturam ad imaginem Dei creatam, & omni creaturæ prælatam, ad modicum verbum, tenuemque statum, & ad linguæ sonitum, æqueque idem, à rectitudinis sive statu quasi violenter excuti, & turbis more in vertiginem agitari. Richardus à S. Vict. tr. 1. de statu inter hom. c. 9.

Quis nos separabit à charitate Christi? O Domine Deus! quam pauci sunt hodie inter nos ita firmati, ut dicere valeant illud verbum! Numquid ita firmati sunt in dilectione illi; quos, non dico, tribulatio, sed leve verbum, separat à charitate proximi: qui, audito unico verbo, quod eis displicet, statim exardescunt in iram, in ultionem; nec potest recedere de eorum memoria: imò istud volunt, & revolvunt in cogitatione sua: similes cani, qui corrodunt lapidem projectum. Certè isti non sunt firmati in charitate Dei: idèd facile capiuntur à diabolo: nulla enim sagitta illius nisi contra tales cadit in vacuum. S. Bonav. ser. 43.

Magis propriè est imago Dei anima rationalis, quam alia imago. Et aliqui sciunt eam, ut iracundi, & vindicativi: alii projectum in ignem, ut avari; quia avaritia est ignis: alii projectum in latrinam; ut luxuriosi. S. Vincent. Ferrer. serm. 2. de Sanctis. Trinit.

S. VII.

Ira usus bonus, ira sancta.

Ex Veteri.

Irascimini, & nolite peccare. Pl. 4. 5. Irascimini, ubi culpa est, cui irasci debeat: non potest enim fieri, ut non rerum indignitate moveamur; alioquin non virtus, sed lenitudo, & remissio, iudicatur. Irascimini ergo ita, ut à culpa abstineatis. S. Ambr. l. Offic. c. 21. Irascamur & nobis, si quando peccamus; irascamur & aliis. S. Hieron. in Eccl. 7. Irateritis peccatis irasci debemus; ut præsentem nequitiam possimus extinguere; Quid est enim aliud poenitere, nisi irasci sibi: ut horreat, quod fecit; & cruciatu à se erigat, nè Judex potius iratus affligat. Cassiodorus hic. Infruit filios hominum S. Spiritus; ut sancta quadam iracundia exardescant, & restant prævis desideris; & eo modo peccatum vitent. Bellarminus hic.

Dixi, confessor ad verum me injusitiam meam Domino. Et tu remissi est. Psal. 31. 5. Sequitur de accusatione propria salutare remedium, quando pepercit Judex, cum sibi parceret reus, Cassiodorus hic. Iratus est potius sibi (David) qui se cognovit iusta objurigatione culpari. Tam ingenium populorum Rector sibi erat vehementissimus torator; exigens à se poenas, quas iustione vix ferre poterat aliorum. Id. in Pl. 50. proemio.

Domine regnavit, irascantur populi. Pl. 98. 1. Non præcepit Propheta, ad aliquod facinus populis commoveri; sed ut sibi potius irascantur, qui rem probati sunt facillè nesciam: ut citò ad conversionis salutem veniant, cum propria voluntate sua cooperiri facta damnare. Cassiod. hic.

Super inimicos tuos sublebam. Pl. 138. 21. Melior est ira iusta. Eccl. 7. 4. Ritus dissolvit sapientem, ira corripit, & emendat. S. Hieron. hic.

Ex Novo, & Patribus.

Esote prudentes sicut serpentes. Matth. 10. 16. Non aded bonus, suavis, & columbinus sit homo; qui de selle, & veneno serpentis aliquid non habeat, quo in vitia non irascatur. Bæza t. 2. l. 12. c. 3. §. 3.

Domine, ne irascaris illis hoc peccatum. Act. 7. 59. Sic Zelo inferbat, acsi mansuetudinis nihil haberet; & sic mansuetus in eorum dilectione perstitit, acsi contra eos fervoris nihil habuisset. S. Gregorius hom. 18. in Exegh.

Non potes sustinere malis. Apoc. 2. 2. Denotat vividum zelum; & iustam iram in peccatores. Sic vulgari phrasi dicitur; illa ferre non potest, quæ penitus excecatur. Ramirez hic.

Ob eam causam nobis ira infusa est; non ut nos etiam peccemus; sed ut, qui offendunt, prohibeamus. S. Isidorus Pelus. l. 2. ep. 239.

Canis est impudens ira; sed legem audire discat. Si fuerit canis in grege tam ferus, ut non obediat jubeñi pastoris, nec ejus vocem agnoscat; omnia perdit sunt, & corrupta, cum ovibus pacetur; sed si oves guttaverit, inutilis est, & jugulatur. Sed si se discit audire, ale canem; utilis est contra lupos, & contra piratas. S. Chryso. hom. 30. ad pop. Antioch.

Utendum indignatione tamquam bene educato cane: qui tantum, cum necesse est, hoc est, adversus fures, atque hostes, allatret. Isidorus Clarius Or. 32.

Homo irascatur ubi debet, & quando debet: unde debet habere, & faciem hominis, & faciem leonis. S. Bonavent. l. 5. hexam.

S. VIII.

Iram in se vincendi remedio.

Simile est regnum colorum grano sinapi. Matth. 13. 31. Sinapi & biled diminuit, hoc est, iram; & phlegma excindit, hoc est, fastum, ac superbiam. Clemens Alex. l. 1. pedag. c. 11.

Sol non occidat super iracundiam vestram. Eph. 4. 26. Hoc est, antequam sol ad occasum vergat, naturam agnoscite, furorem extinguite; ne nox interjecta morbum immedicabilem efficiat. Nam tum diabolus idoneum tempus nactus, ea; quæ contigerunt, magis inflammat, ad ultionem irritat, ad inimicitias extimulat, ad detractiones, & calumnias excitat, injuriarum memoriam intruit, ac innumera inde mala parit. S. Isidorus Pelus. ep. 109.

Quæ iracundia sanari potest, si patientia Filii Dei non sanatur? S. August. l. de agone Christiano c. 11.

Servandæ mansuetudinis modus est: ut, cum alienos excessus aspiciamus; nostra, quibus in aliis excessimus, delicta cogitemus. Patienter namque illatam injuriam tolerat, qui pite meminit, quod fortasse adhuc habeat, in quo debeat ipse tolerari. Et quasi aqua ignis extinguitur, cum surgente furore animi sua cuique ad mentem culpa revocatur; quia crubescit, peccata non parere, qui vel Deo, vel proximo, sepe se recolit parcenda peccasse. S. Greg. Mor. l. 5. c. 30.



Sit ira extimulat, mansuetudinem induc, & ad psalorum decantationem perfige. Sancti Joann. Damasc. in fragm. sentent. Contumeliosus es, & iracundus: oculos demitte, ac terram intue; & confestim ira dabitur. S. Greg. Nyss. or. 2. in hominis procreationem.

Qui vere seipsum humiliat, nunquam poterit ira commoveri: quia anima ejus in sui consideratione occupata est humilitate. S. Chrysol. hom. 9. in Gen.

Si Davidis inginem pra oculis habeas, & in hanc assidue defigas oculos; etiam si milles ira obtundat, mentis oculum perturbans; ad hoc virtutis exemplar respiciens praefectam consequeris serenitatem. Id. hom. 3. de David. & Saule.

Quoniam igitur modo ab hac peste tam noxia fugiemus? si illam utique potionem bibamus, quae intra nos vermes, serpentesque mortificet. Et quodnam, inquit, istud est potulum? Pretiosus scilicet Christi Sanguis, si cum fiducia immatur: omnis enim hoc remedio moribus extinguitur. Id. hom. 4. in Matth. c. 1.

Si succendi cor tuum ira feneratoris, pectus continuo signaculo crucis signato: repete memoria, quae tunc (in passione) facta fuerunt; & ira illico, tamquam pulvis dissipabitur. Id. hom. 88. in Matth. cap. 27.

Irae penas amputas, dum clamorem tollis ipsiusque cordis tumorem contrahis. Quemadmodum enia fieri non potest, ut pugnet, qui manus contra neminem extollit; ira fieri nequit, ut per iram implicetur, quoniam clamat, Id. f. 15. in ep. ad Ephes.

Ideo homines irascuntur, quia sibi nimis parant: e contra aliena patienter ferunt, qui in se vindicant; & qui sibi frequenter est in alios crudelis. S. Bernardus f. 13. in Psal. qui habitat. Apud Pinnam in Eccl. Ethol. 121.

Si mihi esset famulus diligens, haud moleste tulerim, si in ira speculum efferret. Plutarchus l. de irac. cohil.

Quibusdam iras profuit alexiphilic speculum: permittit enim eos tanta mutatio sui. Seneca l. de ira c. 36.

Athenodorus Philosophus Augusto Caesari documentum dedit: iratus nihil dicas, vel facias; priusquam 24. Graecorum litteras percurrens. Svetonius apud Cornelium in Nahum cap. 1. v. 3.

Ne froena animo permittit calenti: Da spatium, renuenteque moram; male cuncta ministrat Impetus. Statius l. 10.

Furor, itaque, mentem Praecipitant. Virgilius.

S. IX.

Ira quibus remediis in aliis correcta.

In me sit, Domine mi, hoc iniquitas. 1. Reg. 2. 24. &c. Quae nulla armata manus efficeret, efficit officiosa manus prudentis Abigail: hostem lenivit, amorem sibi conciliavit, & egale conjugium. Baeza t. 1. l. 8. c. 3. §. 8.

Date locum irae. Rom. 12. 19. Da locum irae, id est, taceas, fuge, cede irato. Ambrosius & Anselmus. Et, ut Origenes: fer patienter iratum fratrem: nihil contra dicendo, aut faciendo.

Nihil elephantem iratum ita evincit, quam agni conspectus: & nihil ita facile tormentorum bellorum impetum elidit, atque lana conspiciat. S. Franc. Salep. p. 3. c. 14.

TITULUS XXIII.

IRA DEI.

S. I.

Iram Dei sequitur clementia, beneficentia &c.

Figura.

Arum meum ponam in nubibus. Gen. 9. 13. Iris est clementia Dei; quae quasi arcus contentus, sed carens sagitta: per adversa, quae immittit, magis terrere nos vult, quam ferire, ut vitia corrigamus. S. Ambr. l. de Arca Noe c. 27. Unde S. Joannes Apoc. 4. 3. vidit thronum Dei circumdatum iride, id est, misericordia. Iris enim tempore Noe pacis, reconciliationis fuit signum. Corn. hic.

Qui furatus est scyphum, ipse furor meus. Gen. 44. 17. Tempellam putasset latere in sacco Benjamin dum Joseph diceret: qui furatum est. Delinibatur iris in turbine: & unde servitium timebant, in fratrem receperunt. Cur sic agere voluisset quam foeda, retrahere nubes? Elapsa est quae cum fletu. Gen. 45. 2. 15. fulgura platie in pluviam fecit. Pl. 134. 7. Clamabat tyrannidem in tritico latuisse; latebat in fessite charitas. Oliva fer. 4. D. 4. Quad.

Fulgura in pluviam fecit. Pl. 134. 7. Divina ira, & comminationes, in beneficia desinunt. Sylveira in Matth. 16.

Nubes fulmina mitans a vento in pluviam soluta. Lem. Reser. in melius. Picinelli.

Testimonia.

Ex Veteri.

Hic dicit Dominus Deus morietis. & non vivet. 4. Reg. 10. 1. Post fulmen hoc quam amena prodit iris! Revertete, & dicit Ezechias auditor orationem tuam. & ecce sanavi. &c. Vivit, valet, triumphat Ezechias: ante horulam addidit tumulo. Oliva l. 5. Strom. S. Audivi mormurationes &c.

Percutit & manus ejus sanabunt. Job 5. 18. Deus una manu percutit, sed duabus sanat. De Ponte in Cant. 1. Exhort. 12. §. 3.

Addidit Dominus omnia, quaecumque fuerunt Job, duplicita. Job 42. 10.

Invasit, & miseratus est nobis. Pl. 59. 5. Ecce tota ira Dei repellens, destruens, commovens urbem, conturbans; sed, ut misericordia veniat. Berengofius Abb. serm. in Nat. MM. o ira misericors! & salubris indignatio; o ira misericors! qua sic irascitur, ut subveniat; sic minatur, ut parcat: sic aufert, ut restituat; sic tradit, ut eripiat; sic destruit, ut muniat; sic abjicit, ut recipiat. Baeza t. 1. l. 8. c. 3. §. 32.

Post graves minas, sequitur lacrimam, mundi estote, si fuerint peccata vestra. &c. Pl. 1. 16. 18.

Dies ultionis in corde meo: annus retributionis meae venit. Is. 63. 4. Dies ultionis, annus in corde Dei paratur ultionis: tanta est aternitatis cum dolore conjunctio! Oliva. f. D. Pass.

Cum iratus fueris, misericordia recordaberis. Habac. 3. 2. Nam Dei ira, & rigor, solet esse signum misericordiae adventantis. Baeza t. 1. l. 8. c. 1. §. 14. Cum sentio te iratum, tunc maxime confido te esse propitium: quia, cum iratus fueris. &c. Idiota l. 1. de vera pat.

Ex Novo.

Fuge in Aegyptum: Matth. 2. 13. Quia Deus, qui non in perpetuum irascitur; postquam percussit, iterum medetur: ideo sicut quondam gravissime cecidit Aegyptios propter populum Israel: si nunc eam curandam misericorditer visitat Dion. Carthus. in Matth. 2. Quare vadit in Aegyptum? numquid alia terra desecit? Recordatus est Dominus, qui non in finem irascitur, quanta male fecerit super Aegyptum: Ideo mittit Filium suum in eam; & dat illi magna reconciliationis signum; & perpetua reconciliationis pignus; ut decem plagas una medicina sanaret. - O commutatio dexterae Excellentis! ut populus, qui antea fuerat persecutor populi primogeniti, postea fieret custos unigeniti Filii. Author. Imp. hic.

Generatio mala, & adultera, Signum quare, & signum non dabitur ei. Matth. 12. 39. Quid tandem terribilis hic leo faciet? in agnum vertetur. Subdit enim: Signum non dabitur ei, nisi Signum Jona Prophetae. Quod illud Signum? suam Passionem, ac mortem; a Jona prafiguratum. Didacus Nyss. in Phoen. Grac. l. 2. c. 10.

Etiam Domine: nam & carellis. &c. Matth. 25. 27. Repellitur, & ut canis proterose rejicitur: & tamen majori inde concepta ope inquit: etiam Domine. S. Basilii Seleuc. or. 2. 1. Etiam Domine contumeliam teneo curatiosis pignus. Castellus edunt de mictis, quae cadunt de mensa dominorum furorum. Spondet mihi salutem caris appellatio. Sic etiam egit cum fratris Joseph, maxime cum Benjamin. Gen. 44. 2.

Fallo vos spero dicere: lorennum erit, rubicundum enim est caelum. Matth. 16. 2. Praefens afflictio futurae serenitatis indicium est. Hugo Card. in Sapient. c. 11.

Vade post me Sathana: scandalum es mihi. Matth. 15. 23. Verum ne dum sex expletis diebus in Thabor illum demulcet. Matth. 17. 1. & post dies sex assumit Iesus Petrum. Oliva l. 5. Strom. §. Audivi mormurationes.

Et correptionis. Luc. 1. 20. Qualis erat culpa Zachariae, quae tam severe puniret? Sanè, ut Placet Maldonaco, &c. Jervis. Cur ergo tanta poena infligitur? Non tam dabatur pro culpa quam pro pignore, pro signo appropinquantis gratiae. Baeza t. 1. l. 11. cap. 2. §. 14.

Benevolus Dominus Deus Israel! Luc. 1. 68. Vide, quam bonus Deus, & facilis indulgere peccatis! non solum ablata restituit; sed etiam insperata concedit. Ille dudum mutus prophetat. S. Ambr. hic. Nemo ergo diffidat; nemo, veterum consuevit delictorum, proemia divina desperet: novit Dominus mutare sententiam; si tu noveris emendare delictum. Idem ib.

Quid est, quod me querebatis? nescitabatis. &c. Luc. 2. 49. Quis hujus tanta indignationis finis? Er descendit cum eis. & venit Nazareth, & erat subditus illis. v. 51. Qui velut leo insurgere videbatur, quasi agnus descendit. Didacus Nyss. in Phoen. Grac. l. 2. c. 10.

Ingressus perambulabat Jericho. Luc. 19. 1. alii: circumibat. Jericho civitas ipsa est, quam Jesus Nave septem tubarum clangore subvertit. Jof. 6. 20. Sed, quia Christus venit salvare, quod perierat; ingreditur Jericho: ut, quod Lex terribili vociferatione.

cleratione deiecerat, Jesus clamore piae predicationis attollat. S. Chrysol. f. 54.

Quid mihi, & tibi, est mulier? Joan. 2. 4. At illa dixit ministris &c. Hae verba indignantis esse quibus dubitet? sciebat profecto mater sancta, objuratorem illum Domini, filique sui, non irascens offensam pretendere, sed miserantis portare mysterium. S. Maximus l. 1. de Epiph.

Nisi Signa, & prodigia videritis, non creditis. Joan. 4. 48. Post solatur: vade, filius tuus vivit. v. 50. Dices, sperate a Deo misericordiam; etiam si videatur iratus: iram Dei semper sequitur misericordia. Sylveira hic q. 11.

Infremis spiritu. 33. tollite lapidem. Joan. 11. 39. Expavere minaces Christi fremitus, & cum mille neces metuerem; ecce audio sepulchra referari, & mortuum in vitam revocari. Hic sunt divinae irae fremitus: hae sunt Dei minae? facit hoc divina ira; ut sepe misericordiae divinae viam minuet. Baeza t. 1. l. 8. c. 3. §. 32.

Caeperunt loqui variis linguis. Act. 2. 4. Linguarum divisio, quae propter superbiam acciderat, reformata est per Spiritus S. Adventum, & in ore eorum omnium genera linguarum. Rupertus. Quam viam iustitiae Dei, ad inferenda supplicia, tenuit; per eamdem iustitiam ejus ad exhibenda beneficia propevit. Didacus Nyss. D. 2. Epiph. §. 1.

Tunc propior erat venia, cum fuisset commotio major iracundiae. Praerogativa ignoscendi erat, indignatum fuisse: & optabatur in illo, quod in aliis timebatur; ut irascetur. S. Ambr. Orat. de obitu Theodosii Imp.

S. II.

Ira Dei maxima, non irascit

Homo qui malidixerit Deo suo, portabit peccatum suum, & qui blasphemaverit nomen Domini, morte morietur. Levit. 24. 15. Multo gravius est accipere peccatum, & habere se cum: quam morte muldari. Mors purgatio est peccati ipsius, pro quo jubetur inferri. Ubi vero quis accipit peccatum, & manet in illo, nec alioquo supplicio diluitur; transit cum ipso etiam post mortem: & quia temporalia hic non perfolvit, ibi expendit aeterna supplicia. S. Cyrill. Alexandr. l. 14.

Miser in eos iram indignationis suae. Pl. 77. 49. Si ira est, necessitas est indignationis. Cur ergo appellat iram indignationem? Certe est ira indignationis, & ira misericordiae: indignationis ira est illa, quando peccatores ob commissis delictis non puniuntur. At misericordiae ira est; cum punitione ad correctionem afficiuntur. Escob. t. 1. Mir. Chr. l. 10. Obf. 1.

Miserentur impio, & non dicet iustitiam. Is. 26. 10. Misericordiam haec ego nolo: super omnem iram miseratio ista. S. Bernardus l. 42. Tunc maxime irascitur Deus, cum non irascitur, aut iram suam nobiscum dissimulat. - Volo, irascatis mihi Pater misericordiarum: sed illa ira, qua corrigis devium, non qua extrudis de via. Terret me vehementer tremendum illud verbum, quod adulterae Jerusalem es locutus: auferatur Zelus meus a te, & quiescat, nec irascet amplius. Ezech. 16. 42. O iram terribilem! iram sine misericordia quae ira cum hac potest comparari? Id. ib.

Nos iustabo super filias vestras. &c. Of. 4. 14. Hoc est terribile, hoc extremum; cum jam non corrumpitur pro peccatis; cum jam non corrumpitur delinquentes. Origen. hom. 8. in Ex.

Magna ira est, quando peccantibus non irascitur Deus. S. Hieronym. ep. 33. ad Castricum.

Qui multum peccant, magis time debent, si non puniantur; quam si puniantur; credit enim eorum poena ex eo; quod Deus longanimitas non irascitur. Multa sunt nunc, quae in diluvio; sed diluvium non accedit: gehennae enim poena nunc inter minas est. Multi peccant, qualia hi, qui in Sodomis; sed ignis pluvia non descendit: ignem enim flumen paratum est. Multi ea, quae Pharaon, ausi sunt; sed non eadem passi sunt, quae Pharaon, neque submersi sunt in mari rubro: expectat enim illos pelagus abyssi. Multi, quae Israelitae, ausi sunt; sed non devoraverunt eos serpentes: manet enim illos vermis immortalis. S. Chrysol. hom. 1. 2. in Acta.

S. III.

Ira Dei est misericordia, & ei juncta.

Non morietis: verumtamen filius, qui datus est tibi morte miseretur. 2. Reg. 12. 13. 14. Fuite hoc beneficium? an offensa? Dic beneficium: quia puer hic natus ex adulterio, & offendi omnibus poterat, quis? cujus? ex qua esset. Didac. Nyss. D. 1. post Epiph. §. 1.

In ira consummationis. Pl. 58. 14. Est duplex ira Dei, est ira consummationis, & ira consumptionis. Ira consummationis, id est, perfectionis, illa est, quae homo persequitur, & consummatur virtute, cum a Deo flagellatur. Ira consumptionis illa dicitur, quae consumitur, & damnatur. S. August. hic. Vas aureum tunfionibus non consumitur, sed consumatur: ita probi virtus non aboletur, sed persequitur. Vas autem fictile percussione non consumatur, sed frangitur. Sic conteram populum ipsum, sicut con-

teritur vas figuli. Jer. 19. 11. T amquam vas figuli confringens eos. Pl. 2. 9. Battradius D. 19. Pent. 4. 3. l. 8. c. 8.

Iratus es, miseratus es nobis. Psalm. 59. 3. Theophylactus explicat: quia miseratus est nobis.

Nec irascar amplius Ezech. 16. 42. Vide misericordiam, pietatem, & patientiam, boni Dei: quando vulsi misereri, indignari se dicit, & irasci. Orig. hom. 8. in Ex. Et Pl. 98. 8. Domine Deus noster, tu exaudias eos; Deus, tu propitius fuisti eis, & miscent in omnes adinventioes; seu, ut alii legunt, afflictiones eorum.

Non in perpetuum irascetur. Psalm. 102. 9. Divina bonitas ideo irascitur, ne irascatur: & misericorditer adhibet temporalem severitatem; ne aeternam referat ultionem. S. Prosper hic.

Factus est Dominus velut inimicus, precipitavit Israel. Thren. 2. 5. Solam umbram, & imaginem, inimici fumpfit. S. Paschas. l. 2. mira dispensatione temperat sententiam feveritatis; dum quasi; & non ex toto inimicus dicitur: quia est videtur civitatem dimittere in manibus hostium, & affligere aliquoties in tantum, ut penitus destituta credatur: non de crudelitate inimicitiarum forte venit, sed de providentia pietatis; ut ad eum flagellata redeat. Baeza t. 1. l. 15. c. 2.

Super eos effundam, quasi aquam, iram meam. Ol. 5. 10. Quia sicut aqua visibilis mundat fordes corporis: ita captivitate inundavit populi peccata. Rupertus hic. praestat lavari aqua quam igne.

Hypocritae ostendite mihi numisma, Matth. 22. 19. Vide, quod Pharisei quidem blandiebantur, ut perderent; Jesus vero confundebat, ut salvaret: quia utilis est homini Deus iratus, quam homo propitius. Auth. Imperf.

S. IV.

Iram Dei nos ipsi accendimus.

Exardescet sicut ignis ira tua. Psal. 88. 47. Ignis autem hic peccatorum nostrorum lignis alitur. Si de his poentendam egimus, tollemus signa ab hoc igne; & statim extinguetur. Diez D. Palm.

Ecce vos omnes ignem accenditis. &c. Is. 50. 11. Quid de poenarum acerbitate querimus? unusquisque nostrum se punie. Quid querimus? quod dure agit nobiscum Deus? multo nos durius eum ipso agimus. Vim, ut ira dixerim, facimus pietatis ejus: ac manus quodammodo afferimus misericordiae suae. Salvianus de provid. l. 4.

Nos coelestis iram accendimus. Nihil itaque, nihil est nobis crudelius nobis. Nos, inquam, nos, etiam Deo nolente, cruciamus. Idem ib. l. 8.

Vide Tit. Poemae.

S. V.

Ira Dei timenda.

Cognoscatur Dominus iudicia faciens. Pl. 9. 17. Ira Dei, quanta super peccatores sit, in fine apparebit. Nam fervor solis sub nube tegitur; sed quando discooperitur, quanti sit ardoris ostenditur. Sic Christus, qui nunc est sub nube misericordiae; quanta sit iustitiae, & potentiae, manifestabit in fine. Geminaui Similit. cap. 40.

Ne declinet in ira a servo tuo. Pl. 26. 9. Quid times, ne declinet a te in ira? Magis si a te declinaverit in ira, non in te vindicabit. Si incurras in illum iratum, vindicabit in te. Opta ergo potius, ut declinet a te in ira non sanctum timorem, quo Deum, etiam iratum, a se declinare metuebat. Etenim, dum adest Deus, non debet esse timori etiam divina ira: unum solum timendum malum; ne Deus abist; nec ab ejus praesentia excidamus. Baeza t. 1. l. 1. c. 2. §. 1.

Ecce furor meus, & indignatio mea, constat. Jer. 7. 20. S. Hieron. legit: stillavit super locum istum; & succendatur, & non extinguatur. Non ait, effusus est furor meus super locum istum; sed stillavit; ut moderatam poenam significet. Si autem in stilla furoris tanta duritia est; quid fiet, si omnis imber fuerit effusus? S. Hier. hic.

In virga indignationis ejus. Thren. 3. 1. Aliam ego quidem esse puto virgam furoris Dei, aliam virgam directionis, & virgam regni ejus; aliam vero indignationis, quoniam alia est ferrea, inflexibilis, qua conteruntur impii, tamquam vasa testea; in ira furoris Dei. Alia, qua in aequitate sancti reguntur; donec perveniant ad bravium superne vocationis. Alia illa, de qua ad Jerusalem Dominus Is. 60. 10. in indignatione mea percussit te; & in reconciliatione mea miseratus sum tui. Sub hac enim virga ad hoc percussit Deus, ut miseretur: ad hoc vulnerat, ut sanet. Paschasius hic.

Adhuc lenitas, & clementia est, ea calamitas, in quam incidimus; mitique correctio, plagaeque elementa teneram etatem coercentis; adhuc ira fumus, suppliciorumque praedium. Nondum ignem exurentem sensimus, hoc est, concretissimam Dei iracundiam; nec succensos carbones, id est, extramissam poenae acerbitates. S. Gregor. Naz. Or. 16. in plagam grandinis.



In quadam patria locustae omnia vastabant. Captae aliquae in utraque ala tres inventae litterae, in una ira, in altera Dei. Broymard. Poena divina.

TITULUS XXV. JUDAS PRODITOR.

§. I.

Figura.

Suspensio interioris. 2. Reg. 17. 23. Quemadmodum in persecutione Absolonis, Achitophel intimus consiliarius, & familiaris, prodidit Davidem, & postea suspensio se necavit. Ita in Passione Christi, Judas unus ex intimis familiaribus prodidit eum, & suspensus crepitus medius. Bellarminus in Psalm. 3. Ecce infelix! qualiter excoecatus est! maluit seipsum perdere, quam denarios perire: denarios templo, seipsum laqueo addidit. Drogo Ost. de Pass. D.

Servate mihi pacem Absolon. 2. Reg. 18. 5. Sicut David pacem exhibuit iniquo filio, quando praecipit populo eunti ad bellum: servate &c. & eo interempto dixit: quis mihi tribuat, ut moriar pro te, filium Absolon. Ita Christus Judae proditori, ut patet in convivio, & in osculo. Et sic Absolon, ita, & Judas interit. S. Thom. Aqu. in Ps. 3.

Judas judicio Dei mente captus, se suspendit: in quo non jam mysteris profundum, sed ipsa rei gestae superficies; Judam, & Absolonem, penae demonstrat, esse pariter. Nam & iste pendens quereus, multa, cui insidabat, pertranscunte desertus, in corde lanceam suscipit: & ille laqueo suspensus, & principium familiaritatis desertus, dignas protinus sagittas, id est, aeternae damnationis sententias, in anima accepit. Rupertus hic.

Absolon Judae imaginem portavit; secundum quod patris pax interpretatur: quia pacatus erga eum pater exiit; quamvis ipse dolis suis bellum haberet in corde. Sanct. Augustinus in Psalm. 7.

Absolon, dum patrem suum insequeretur, in quereu suspensus est, quadam praefiguratione Dominici traditoris: ut, sicut Judas, innotatus laqueo, vitam finivit; ita & persecutor Davidis confictis faucibus spiraret. Cassiodorus in Psalm. 3.

Absolon patris pax; ipse est & Judas. Sed quomodo comam autricabat fur erat, & levius habebat! ita enim casaries gravabat. Et semel in anno tonsus est, quando felle reulit triginta argenteos, & projectis eis in templo. Drogo Ost.

§. II.

Judae beneficia a Christo collata.

Ad amicum est prodixeris gladium, non desperes: est enim recordatio. Eccl. 22. 26. 27. Videtur cum Juda locutus Spiritus S. Judae, licet exemeris infamis proditoris acinacem; non ideo desperes: penitentia enim reliquus est locus: est enim & regressus. Et licet contrarium missimum agnum os perfidiosis laxaris; ne timeas, dum te maleficti penitent: est enim recordatio, quod si tuam amicitiam amittis cupiat. Didacus Nyss. de prodicione Judae §. 3.

Et osculatus est eum. Matth. 26. 49. Accedentem ad osculum sanctissimi oris tui crementam bestiam non es averfatus; sed os, in quo dolus non est, ori, quod abundat malitia dulciter apposuit. S. Anselmus l. 7. de Evangelio. Permisit se Christus osculari Judae; ut per hoc Judam ad charitatem, & poenitentiam, provocaret. Dion. Carthus. hic. Discipulo suo, a quo tradendum se noverat dulcedine suae bonitatis, nobis tremantibus, & intentibus favitiam eorum, qui eum comprehendere venerunt, osculum dedit. S. Martialis ep. ad Tholosanos cap. 23.

Judas, osculo Filium hominis tradidit; Luc. 22. 48. Cur mitis Agnus trulentum lupum de nomine suo vocat? S. Cyillus. Jeros. catech. 13. hoc ad ipsum dixit, admoventem per ipsum appellacionem, Judas enim vocatur confessor. Ex nomine illum Christus vocat; ut industriam illi suggerat, qua facile possit, dummodo velit, restaurare jacturam damnoissimam, quam eatenus fecerat. Quam vili Judas Christum vendidit! quam paucis recuperare potest gratiam! Didacus Nyss. D. 3. Pasch.

Venit ergo ad Simonem Petrum. Joan. 13. 5. Arbitror, ante omnes proditoris pedes lavisse, inde venisse ad Petrum: quod enim alium quempiam ante laverit, constat ex eo, quod dicit: Venit ergo &c. S. Chrysostr. hom. 76. in Joan. Oligenes idem sentit, addita ratione: ut medicina, ubi magis morbus urgebat, citius adhiberetur. Maldonatus; ut de proditore suo bene mereretur; eumque beneficio quodam obligaret singulari.

Maximorum miraculorum non tantum spectator ipse fuit; verum etiam artifex. B. Theodoretus in Ps. 108.

§. III.

Judae malicia.

Tunc abiit unus. Matth. 26. 14. Quando abiit? cum Magdalenae alabastrum effudit super caput Jesu, & a multis reprehensa; laudata est a Christo. Ubi denit infamia peccatricis, inde discipuli exorta proditio est. Dicitur, & quod hoc fecit tunc abiit unus. Ubi vidit unius profusione alabastrum accessum patere ad Domini caput vel meretricibus; tunc animatus est ad flagitium Judas; oblitus lacrymarum, osculorum, ejulationum in domo Pharisaei. Male didicit discipulus prodere, ex quo meretrix ungere docta est. Oliva l. 5. Strom. hic.

Et osculatus est eum. Matth. 26. 49. Cum sciret bonitatem Domini, audebat eum osculari. Ille autem fert usque ad novissimam horam; studens sua longanimitate eum lucrari. Theophylactus hic. Judas osculo Filium Dei tradit; quo usus Prodigus ad patris gratiam, Juste eodem osculo, veluti horribili hasta vulneratur ad exitum aeternum; qui tanto beneficio laborum Domini ad poenitentiam non allicitur. S. Ambros. nec immerito gravius telo tanta dignationis percussus est, quam si eum fulmine percussisset. Denique patientiam Domini ferre non potuit. Itaque abiit, pecuniam refundit, laqueo se suspendit. Post osculum pacis a Domino acceptum, & auditam vocem, amice, ad quid venisti? debuerat Judas ad poenitentiam adduci. Contempsit: & ideo pondus beneficii non sustinens, laqueo addidit. Cur non dicit S. Ambrosius, justitiam jus ferre non potuit? quia ingratis ipsa beneficia laqueos exhibent. Escobar t. 5. Proph. Chr. l. 1. Obl. 4.

Judas, osculo Filium hominis tradidit; Matth. ib. Hoc est, amoris pignore vulnus infligit, & charitatis officio sanguinem fundit, & pacis instrumento mortem introgat? Servus Dominum, Discipulus prodit Magistro? electus auctorem? hoc est illud: nulla vulnera amice, quam voluntaria oscula inimici. Prov. 27. S. Ambros. in Luc. l. 10. c. 95. Sic ille hunc textum legit.

Dedit illi signum. Matth. 26. 48. O signum sacrilegum! o conventus nefarius! o placitum punitendum! ubi ab osculo incipitur bellum; & per pacis indicium pacis rumpitur sacramentum; & per quod consueverunt gentes bella finire, per hoc profanus Judas bellum voluit inchoare. Mihi crede; habebunt per te multi terrorem, ne quando cum proximis simulatam habeant charitatem. Guttur enim profanum, quod hodie Christo extendis ad osculum, crastino es illud extenditur ad laqueum: Malo tuo didicisti argentum expendere; mox incipies & corpus proprium pondere. S. Chrysostr. f. 1. de proditore.

Abiit. Matth. ib. Non a principibus invitatus, non ulla necessitate confictus; sed sponte sceleratae mentis consilium inivit. V. Beda in c. 14. Marci. Infelix Judas, damnus, quod ex effusione unguentis fecisse credebatur, vult Magistri pretio compensare. S. Hieron. in cap. 26. Matth. Acceptit aurum, & perdidit Deum. S. Chrysostr. f. 3. de Refurt. Pro clementia Domini hoc dico: quia magis ex hoc offendit Dominum, quod se suspendit; quam quia Dominum prodidit. Sanct. Hier. in Ps. 108.

Pater, dimitte illis. Luc. 23. 34. Ad Christi indulgentiam proditor Judas pervenire non potuit: quoniam perditionis filius prius in desperationem transit, quam Sacramentum Christi generalis redemptionis implevit. Nam; mortuo pro omnibus impiis Domino, potuisset etiam hic consequi remedium; si non festinasset ad laqueum. S. Leo l. 11. de Pass. hic.

§. IV.

Judae infelicitas.

Abiit unus de duodecim. Matth. 26. 14. Judas infelix vere abiit, Apostolatum suum dimisit. Episcopatum suum alteri reliquit; abiit in consilio impiorum; abiit a Deo, & stetit cum diabolo. S. Rupertus l. 10. hic. Ecce infelix! quomodo excoecatus est! maluit seipsum perdere, quam denarios perire; seipsum laqueo addidit. Drogo Ost.

Constituerunt ei triginta argenteos. Matth. 26. 15. Triginta argenteis Christum vendit; inde triginta maledictionibus a Deo percussus, quos numerat Ps. 108. av. 6. ut de ipso explicat S. Petrus Act. 1. 16. Rupertus hic: abiit Judas in concilium impiorum; abiit a Deo, stetit cum diabolo; & relatis triginta argenteis, in triginta maledictionibus trigies maledictus, antequam natus. Sylveira hic.

Va homini illi, per quem Filius hominis traditur. Matth. 26. 24. Fulvius proditoris, & laesa majestatis reus; cum Casarem Augustum crimen suum latere crederet, ad eum salutarum adit; & Ave Casar, dixit. Sed mox Imperator: vale Fulvi, respondit, moxque se subduxit. Sic Christus Judae dicere poterat; & revera dixit: va homini &c. Vale o discipule sine Magistro, Apostole sine conscientia, Christiane sine religione, Apostata ab utraque Lege. Faciam meam deinceps non videbis usque ad ultimum Mundi diem. Vale usque ad sonitum tubae horribilis, quo aures

tuas, ad inspirationes mess modo surdae, ambe tinnient. Doultreman l. 2. cap. 5. Sect. 3.

Suspensus crepitus medius. Act. 1. 18. Merito tibi sua poena est commissa: quia in supplicium tuum nemo favor potuit inveniri. S. Leo l. 16. de Pass. Quod fecit in corpore suo, hoc factum est in anima ipsius: quomodo qui sibi collum ligant, inde se occidunt; quia non ad eos intrat spiritus aeris hujus, sic illi, qui desperant de indulgentia Dei, ipsa desperatione intus se suffocant, ut eos Spiritus S. visitare non possit. S. Aug. l. 50. hom. 27.

Disfusa sunt omnia viscera ejus. Act. 1. 18. Quanta inter araneam, & bombycem, est discrepantia; tanta inter Apostolorum reliquorum, & Judae, mortem interest. Judas, sicut aranea, laboravit. Pl. 38. 12. tatescere fecisti, sicut araneam, animam ejus. Ut muscas capter aranea, se exenterat, & de interiori substantia telam texit, ac retexit; ubi & contabescit. Ita Judas rei vilissimae, exiguae pecuniole, reia contexit; in qua suspensus, vitae tadio, conscientiae angore, proditi, ac damnati Magistri dolore, demum admisti sceleris horrore contabuit, &c. Doultreman lib. 2. cap. 5. Sect. 3. Audite ista avaxi, veritate animo, quod Judas passus fuit: nam & pecuniam amisit, & scelus admisit, & animam perdidit. Sanct. Chryl. hom. 86.

Miscellanea.

Quare, inquis, Dominus talem ad Apostolatam admisit? ad haec breviter dicendum: quia fecit hoc ob consolationem Ecclesiae futurae; vel eorum maxime, qui Ecclesiam praesunt: ut, cum eis aliquid periret, respondeant derogantibus, dicant insultantibus: ne miremini; & Christo accidit. Sanct. Rupertus App. l. 2. in Matth.

Juxta V. Bedam, & Bonaventuram, Iscarotes interpretatur memoria mortis. Tam ingens fuit ejus avaricia, & malitia; ut ipsa etiam mortis memoria, proprio nomini infixa, cohiberi nequiverit. Sylveira in Matth. c. 12. q. 19.

Auctor sermonum de Cena Domini, operibus S. Bernardi inferus, ait: Judam ortum esse in vico Scariotho; qui alio nomine Marmotis, seu mala mors, dicitur. Quia vero in Galila est mala mortis oppidum, inductos cenet Theophilus nosfer in errorem fuisse eos, qui Judam natione Gallum fecerunt. Non malam mortem, sed memoriam, vel memoriale mortis, significat Scarioth, teste S. Hieronymo. Doultreman. cit. supra.

TITULUS XXV. UDEX.

§. I.

Figura. Dignitas.

Deus non detrahet. Ex. 22. 28. Quomodo intelligendum est hoc? Judices appellat deos propterea, quod ad imitationem Dei omnium, commissum est illis iudicandi munus. Et hoc clarius docuit Propheta David dicens: Deus stetit in Synagoga deorum; in medio autem deos iudicavit. Psalm. 81. t. B. Theodoretus q. 5. l. in Ex.

Et clamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis Salvatorem. Judic. 3. 9. Lego Judices a Deo lectos, vocatos esse non belli Duces, non auxilium principes, non Dominos; sed augustinore nomenclatura Salvatores. Velloso in Judith. 5.

Deus stetit in Synagoga deorum; in medio autem deos iudicavit. Ps. 81. 1. Deus stetit. Hebr. Elohim, quod proprie significat Deum judicem. Cajetan. Bellarminus: Synagoga deorum nihil est aliud, quam conventus iudicum a Deo constitutorum; quibus etiam nomen sum impertivit, quia communicavit cum illis auctoritatem iudicandi. Quod certe, ait Bellarminus multum prodesse iudicibus; si serio cogitent; in conspectu summi Judicis omnes causas iudicari. Deus semper assistit praesens invisibilis majestare, in conventu, & consensu Judicum; dum causas populi iudicant. S. Remigius hic. qui est in medio, aequaliter a circumstantibus videtur: & quia Deus communis est omnibus; recte in medio postus dicitur. Docere vult Judices; ut semper sint in medio; nec magis in divitem, quam pauperem; nobilem, quam ignobilem, propendat. Paoletti D. 22. Pent. Judeorum principes deos, utpote quibus iudicandi officium commissum erat, nominavit. Eodem modo etiam ipsos Lex nominavit: dicit non detrahet; & principi populi tui non maledices. Ex. 22. 28. Quoniam enim verus Judex est Deus, & hominibus iudicandi officium commissum est propterea Judices dii nuncupati sunt: tamquam in hoc Deum imitantes. B. Theodoretus hic.

Et erunt facti sibi rex Salomon. Cant. 3. 9. S. Anselmus per ferculum accipit Judices; ex cedris Libani sunt; quia incorrupti; & columnae argenteae, quia fortiter verum iudicium resonat; & reclinatorium aureum; quia radiant charitate, & sapientia: & ascensus purpureus; quia; Christo in eis ascendente parati sunt ad quaslibet persecutiones. Apud Cornelium in Cant. 3. 9.

R. P. Spanner Poly. Tom. I.

Dei minister est, vindex in terram, in eum, qui malum agit? Rom. 13. 4. Quoniam futurum iudicium Deus statuit, & nullum perire vult; hoc in Saeculo rectores ordinavit; ut, terrore interposito, omnibus velut pedagogi sint, ne in poenam incidant futuri iudicii. S. Ambrosius hic.

§. II.

Judex non respiciet personas, sit aequalis.

Num. I.

Symbola, & Similitudines.

At ille praecipit, ut effugant universa de domo. Levit. 14. 36. Cur munda domus offertur Sacerdoti iudicatur de lepra? Philo lib. quod sit Deus immutabilis est in omnibus (quo enim pede pulsata pauperum tabernae, regumque turres) ita tu ejus aequitate in distribuendo imiteris. Eadem forte causa Patriarchae suorum filiorum benedictionem non solum in senilem aetatem, sed etiam in horam mortis proximam, differrebat. Ita Gen. 27. 1. Isaac, Jacob Gen. 49. 2. Moyses Deut. 33. 1. Tobias Sen. 14. 5. quia scilicet, de sua integritate in vita quodammodo diffidentes, se ad id tempus relevabant; in quo, morte urgente, ad aequitatem servandam etiam invitabantur. Mendoza in 1. Reg. 1.

Sensisti, & longevus es &c. & nunc divide terram &c. Jos. 13. 1. 7. q. d. mortis recordatione ante habita, aggredere ad dividendum: ut, sicut mors aequilina est in omnibus (quo enim pede pulsata pauperum tabernae, regumque turres) ita tu ejus aequitate in distribuendo imiteris. Eadem forte causa Patriarchae suorum filiorum benedictionem non solum in senilem aetatem, sed etiam in horam mortis proximam, differrebat. Ita Gen. 27. 1. Isaac, Jacob Gen. 49. 2. Moyses Deut. 33. 1. Tobias Sen. 14. 5. quia scilicet, de sua integritate in vita quodammodo diffidentes, se ad id tempus relevabant; in quo, morte urgente, ad aequitatem servandam etiam invitabantur. Mendoza in 1. Reg. 1.

Vidi te, Domine, sicut angelum Dei. Esth. 15. 16. q. d. in throno iudicans Angelum referens, qui nec uxorem habet, nec genealogiam. Naxera in Jos. l. 5. §. 56.

Erit iustitia cingulum lumborum ejus. Il. 11. 5. Sicut cingulum medium tenet locum inter partem corporis superiorem, & inferiorem, aequaliterque dividit; ita iustitia iudicis. Cingulum plus inclinatur ad partem, in qua bursa pendet ponderosa. Broymard Iustitia.

Capilli capitis ejus quasi lana munda. Dan. 7. 9. Vetus dierum ille, cujus capilli lanae mundissimae comparantur: ex iustitiamodi caritate purum ostendit, sincerumque, iudicium; & nullam personam in iudicando respiciens. S. Hieron. hic, senex describitur, ut maturitas comprobetur sententiae. Id. ib.

Vos estis lux mundi. Matth. 5. 14. Franc. Labata v. Judex. Sol omnibus lucet, & calorem aequaliter largitur: nec pauperi minus, nec diviti magis, concedit; sed omnibus aequae lucet, & calorem exhibet.

Eae defunctus offerebatur filius unicus. Luc. 7. 12. Mors nullam personarum rationem habet. S. Antonius 4. p. Summae tit. 14. c. 8. §. 1. dixit: si iudicis boni optio daretur, qui de re gravi pronuntiaturus esset; se nec Bartolum, nec Baldum; sed unam pra omnibus Mortem electurum: ut aequae nemini parcat; & tanti faciat divitem, quanti pauperem; & nec formae, nec opum, nec status, rationem aliquam habeat.

Iustitia distributiva centro similis est, quod in medio circuli. Sicut a centro ad circumferentiam majorem major, & longior, trahitur linea, ad minorem minor; sic Iustitia &c. Broymard Iustitia.

Statera. Lem: Omnibus eadem. Picinelli.

Num. II.

Motiva, & Testimonia.

Ex Veteri.

Terra erat inanis, & vacua; tenebrae erant super faciem abyssi. Gen. 1. 1. Non miror a Moysse terra defectus proparari, quae noluit illum infantulum occultare. Ex. 2. 3. Sed admiratione dignum; quod aquae, id est, abyssi, tenebras referat: cum inter aquas, velut inter materna brachia, asylum inveniunt. Cur ergo & aquis non parcat? quia Moyses divina iustitiae erat minister; & si terra referens defectus, aquarum taceret obscuritatem; videretur partialis, & aequi pepercisse. De Castillo Illat. 232.

Formavit Dominus Deus hominem de limo terra. Gen. 2. 7. Hinc erudire & esto intrepidus: nullus deinceps accipias personam. Quid magni tibi de ipso promittis? cogitationes, quae cordi inferunt tumorem, flammamque accendunt elationis, si quando te adorientur; fac, ut creationis huius tuae memineris. S. Basil. hom. 11. hexamer.

Israel diligebat Joseph super omnes filios suos. Gen. 37. 3. Et tamen, cum moriturus benediceret filios, Judam constituit regem. Ut adorarent eum omnes fratres ejus, Gen. 49. 8. 10. Si super ceteros diligebat, cur non honorabat? Rupertus l. 4. de Operib.

E c